



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

10. Quid corona, eius que recitandi modus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

 PARS DECIMA.

*Quid Corona, & quis eius recitan-
da modus.*

IAm valdè in vsu est id genus Rosarij, quod D. Virginis Corona dicitur, quæ sex decadibus continetur, quibus adiicitur oratio Dominica, & ter salutatio Angelica, ac postremò concluditur Symbolo Apostolorum. Corona hæc inuenta & vsurpata videtur in honorem 63. annorum, qui à multis diuæ Virgini tribuuntur, vt singulis annis respondeant singulæ Salutationes Angelicæ, quæ sunt 63. Corona autem hæc cum recitatur, in quinque primis decadibus, antedicta mysteria pia cogitatione euolui debêt. In sexta autem decade, eadem repeti possunt, primum scilicet in primo Aue, secundum in secundo, & sic deinceps: ita vt in singulis decem illius decadis salutationibus, bis singula mysteria repetantur: aut in duabus primis Salutationibus vnum; in duabus secundis secundum, & sic deinceps: aut certè vnum aliquod mysterium, in quo magis nos commoueri sensimus, in tota vltima decade iterum mentis oculis subiiciatur. Ad tria autem vltima, Aue Maria, virtutes subiectas, vel alias pro cuiusque deuotione, per
inter-

intercessionē glorioſæ virginis poſſumus
à Deo poſtulare, hoc modo :

In 1. Roſario poſt I E S V S, adijciatur.

Qui no bis au- geat	{ Fidem rectam. Spem firmam. Caritatem per- petuam.	} S. Ma- ria ma- ter, &c.
---------------------------	--	---------------------------------

In 2. Roſario poſt I E S V S, adijciatur.

qui no- bis	{ Intellectum illumi- net. Volūtatem perficiat. Memoriam roboret.	} Sancta Ma- ria, &c.
-------------------	--	--------------------------------

*In 3. Roſario poſt I E S V S, adij-
ciatur.*

qui	{ Dirigat cogitatio- nes. Regat verba. Gubernat opera.	} Sancta Maria, &c.
-----	---	---------------------------

Post sextam autem Coronæ decadem
adijci potest: *Centes millies te benedicant, vir-
go mater, glorioſa Maria, omnes Sancti, sancti eqz
Dei, cum quibus speramus, &c.*

Plenum sanè pietatis, & voluptatis
ſpiritualis, id eſt, benedictionis, & gratu-
latio-

lationis exercitium, quandoquidem gratam memoriam continet Sanctorum omnium, quorum vocibus, & æternis encomiis, honoribusque, quos semper Deo, parentique eius tribuunt & decantant, nostras quasi voces & laudes adiungimus; facere iam incipientes in terris, quod facere cupimus æternum in cœlis.

PARS VNDECIMA.

Expositio Salutationis Angelicæ ex Sanctis Patribus Latinis & Græcis contexta, per modum meditationis vsurpanda: Cum aliquot SS. Patrum orationibus, quibus opem implorant B. Virg. Maria.

AVE MARIA.

*S. Ephrem
orat de lau-
cibus san-
ctissime
Dei ma-
tris.*

Ave Domina, stella fulgentissima, lux illustrissima.
Ave pax, gaudium, & salus mundi.
Ave generis humani lætitia.
Ave Patrum patrocinium, & Prophetarum decus.
Ave Martyrum pulchritudo, & corona Sanctorum.

GRA.